

rius, qui idem aliqua ex parte puncta accentus et cetera eius generis signa sine dubio intulit; non nulla tamen a correctore profecta esse possunt quem textum emendasse constat, etsi interdum minime liquet utrum prima an altera manus mutationis fecerit“.

His verbis (Hunt, Fragm. Trag. Pap. p. VII) breviter comprehensa sunt quae in editione I p. 20 sq. de papyro nostra leguntur. Quam descriptionem cum hic repetere me iudice opus non sit, tamen addere quaedam haud inutile mihi videtur.

In papyro accentus permulti positi sunt, interdum falsi: 1 I 4 ἐκρουσάτε et νεάνιαι; 1 II 17 ἦ; 1 IV 11 τοῦσδε; 6,1 χερνίβα; 60 I 9 ἦδε; ib. 60 ἐγῶ; 60 II 116 πειθῶ; 64 II 66 τῆνδε. Circumflexus in diphthongis ambas vocales περισπᾶ, acutus supra priorem scriptus esse solet: 1 II 5 ἄνξημα; ib. 17 σάιρεις; ib. 18 δόνλα etc. Occurrunt etiam πὲρι 1 II 23; μὲνὸβάμονες 1 II 38; μὴλὸβόσκα 1 IV 24; γὸργῶπα 18; κν]πὰρισσόροδον 58, 10; παρὰινῶ 60 II 89; πὸλλιον 64 II 74; πειθῶ 83, 1¹. Hic illic accentus ante encliticam invenitur: 1 II 18 δία τε; ib. 37 τόξά τε; 1 IV 1 ἄγαγέ ποτε; ib. 28 κληδοῦχός ἐστι; 57, 2 Διονυσός τε; ib. 9 ἀνά τ'; 60 II 102 ἀγωνά τ'; 64 II 58 τέχνά τ'; ib. 86 ἄγαγόν με; ib. 96 δακρυά τ'; ib. 101 μοῦσάν με; 82, 3]αδέ τις[.

Praeterea habet papyrus χῶρας 1 III 27 et ἔστιν 63, 3 (i. e. barytonus corr. in acutum).

Spiritus haud pauci scripti sunt, lenes autem perraro: 1 II 24 ὄζοις; 60 II 72 ἠκόντισε. Contra 1 III 9 ἰημον; 1 IV 13 ἐσθῆσι. Habes etiam εὐᾶμερος 64 II 62; ἀνέρμήνευτον 1 IV 18; quae ex eo nata videntur quod scribae negligentia composita non perspexit. De 22, 8 ἐξάμα[non constat. Occurrunt et δία 1 II 18; ὄι 20, 3; ὄντω 60 I 5; ὄννεκ[ib. 8; ὄν 83, 3; et εἰς 1 V 6; οὔ 18, 4.

Saepe eliditur, praesertim δ', τ', γ'. Ante adspiratam non semper δασύνεται, e. g. τ' υπειδομην 60 I 37.

Supra ι plus vicies punctus positi sunt² (septies supra ι aoristi ἰδεῖν vel ἰδέσθαι). Bis occurrit οἰκλεους (1 IV 42; 60 I 15), quae est forma Homerica.

Tota papyrus parum accurate scripta est; multis tamen locis corrigitur aliquid (quod in annotatione critica designavi isdem [[can-

1. Cf. V. Gardthausen, Griech. Palaeographie II 1913², p. 389.

2. Cf. E. Mayser, Gramm. d. griech. Papyri aus der Ptolemäerzeit 1906 p. 53.